







DISPUTATIO JURIDICA V.

Quâ,

ASSISTENTE DIVINA GRATIA:

Praside

AMPLISS. ET CONSULTISS. VIRO

DN. GOTHOFREDO
ANTONIO JC.

ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS LU-
DOVICI, HASSIÆ LANDGRAVII CONSI-
liario, inclytæ Academiae Giessenæ Cancellario, &
anteessore primario, præceptore suo omni
observantiâ colendo,

OMNES AC SINGVLAS LEGES, LIBRI QVINTI
*Pandeclarum, cum annexis sequentibus questionibus, publicè
ventilandas, & discutiendas proponit,*

JOHANNES CHEMNITIUS BERL. MARCH



GIESSÆ HASSORUM,

Excudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.

M DC IX.

6
Sokert
Dn.
Schlözer
meu



A MESSIEURS, MES COUSINS ET FAU-
TEURS BIEN AFFECTIONNEZ.

MONSIEUR MARTIN CHEMNICE, J.C. Chancelier du
tres-Illustre Prince PHILIPPE, Duc de
Pommerie:

MONSIEUR JOACHIM CHEMNICE J.C. CONSEIL-
LER DU TRES-ILLUSTRE ET TRES-PUISSANT PRINCE,
Electeur de Brandebourg.

Messieurs, mes Cousins. Le commun dire des anciens Philosophes est tres-veritable,
que l'amitie se resveille par bienveillance, par mutuels plaisirs & biensfaits. Le tres-
sage Roy Alphonse, en disoit bien quelque chose en riant, Sçavoir est que trois choses
les conservoyent un an de vin par an: nostre chapeau: & une main de papier. Le vin, pour
traicter nos Amis. Le chapeau, pour les saluer. La main de papier, pour leur escrire souvent.
Vn autre me semble dire sagement, que l'amy se conserve, l'honorant en sa presence, le lou-
ant en son absence: & l'aidant au besoing. Ce sont moyens exterieurs. & artificiels, pour en-
tretienir l'amitie. Mais entre nous, se trouve un autre lien, plus ferme & assure, qui n'est
point exterieur, ni artificiel, mais du tout interieur, ne avec nous au plus profond de nos cœ-
urs. C'est le parentage, & la consanguinite: car le bon sang, dit le proverbe, ne peut mentir,
& se reconnoist tousiours. Je ne peu faire toutesfois, que l'interieur de mon Ame, ne pousse
quelque chose au dehors, & comme la bouche parle de l'abondance du cœur, ainsi la main e-
scrit, ce que la cœur nous dicte. Et l'affection envoie tousiours quelque partie de nostre ou-
vrage, à ceux des-quels nous estimos plus, que toutes autres choses, la bienveillance, la fa-
veur, & la grace. Le Jardinier envoie de ses fruiçts, couverts de belles fleurs. Le Peintre de ses
plus beaux pourtraicts, & plus excellentes images. Recevez de moy ces fruiçts de mon jardin,
combien qu'ils ne soyent encore si meurs, ny couverts, de si belles fleurs, que je desireroy bien.
Recevez ceste image faicte & tiree du pinceau de la Deesse Themis. Combien que les traicts
n'en soyent pas si deliez, ny si delicats, que vous en puissiez orner quelque petit coing de vostre
cabinet: Je puis bien assurer toutesfois, que c'est un vray pourtraict, de l'affection de mon
cœur, qui ne desire autre chose, que la conservation de vos bonnes graces. A-Dieu. De
GIESSEN. 1609.

Vostre tres-humble, tres-obeissant, & tres-affectionné
serviteur & Cousin

Jean Chemnice.

1609





THEMATA CONTROVERSA AD
libr. 5. ff.

DE JUDICIIS.

THESIS I.



*I*udiciorum principium ab ea Edicti parte, qua Prator edicit de in ius vocando, vetustiores plerique derivant. Gloss. in rub. C. de in ius voc. Dd. in l. causas. C. de transact. Veruntamen melior recentiorum est sententia, Gail. 1. obs. 74. Olden. in proleg. act. for. Vultej. 2. Jurispr. 26. & 31. Gædd. ad l. 36. num. 8. de Verb. Sign. Hinc quaestio suboritur: In preparatoriis partibus adhuc commorantibus, num alterutri parti fori declinatoria prodesse possit? Et potiores nobis videntur asserentium partes. Cuiac. 1. observ. 32. Donell. 7. comm. 10. Alciat. 2. paradox. 17. Duenn. regul. select. 379. Zang. de excep. p. 2. c. 22. Diss. Zas. in l. si conven. n. 3. de iurisd. Coras. misc. 4. c. 5. num. 4. quos sequitur Vuli. aliter ad l. 1. n. 152. de iurisd. Maran. part. 5. dist. 12. num. 12. de ordin. iudic. In causis vero non observato juris ordine pertractandis, ob usurarum cursum, & fructuum restitutionem, ubi litis contestationis analogon, figendum sit, haut frivole indagatur? Nobis videtur convenientissimum tempus, prime contradictionis; secundum pronunciata spectabilis facultatis nostre Iuridica Giessensæ, Ampliss. Dn. Cancell. Pras. attestante. Vide Petr. Gilken. ad l. properandum. nu. 15. C. de iudic. Confer Asin. in praxi iudic. part. 1. §. 3. c. 8. n. 2.

De genuina litis usurpatione si quis ambigat, num etiam ante solemnem forensis contestationem considerari possit: ἐν πλάτει bene id fieri statuimus. l. 21. de R. C. l. 1. de iurejur. l. 1. §. 9. & seq. de nov. op. nunc. l. proper. C. h. t. quo modo rigidiores fuerunt Socin. de judi. n. 24. Blanc. de comp. promiss. faciend. n. 6. Inde nobilis emergit controversia; In personali ad rem potissimum iudicio, quando & quatenus inducatur vitium litigiosi? Multi insistantur quicquam in eo effici litigiosum, etiam contestatione. P. de Bell. pert. Butricar. & Fab. in auth. Litig. C. de litig. Ferr. in for. lib. act. real. n. 81. Plus largiuntur Turzan. conclus. 104. H. Pistor. 1. quæst. jur. 40. n. 7. Ant. Fab. defin. 4. C. de litigios. actionem nimirum contaminari quidem quo ad cessionis jura. aliter Azo in summ. n. 6. C. d. t. Verisimilior videtur opinio, sufficere litis contestationem, ad litigiosi except. in præiudicium alienatorum, cessurorumq; arg. l. 2. ubi Salyc. C. d. t. l. 1. §. 1. ubi Goth. ff. cod. Cov. pract. quæst. 15. num. 6. & ibi alleg. Gail. 1. obs. 118. n. 4. Petr. Frider. de Process. extrah. lib. 1. c. 43. n. 4. Wesemb. par. de litig. Tantundem in realibus Citationem operari, constanter asseverant interpp. d. auth. litig. l. Divus Pius 5. ff. de pet. her. clem. 2. ut lit. pend. Menoch. de arbitr. judic. quæst. c. 202. n. 5. Pet. Gregor. Syntagm. lib. 21. c. 20. n. 6. Wurms. pract. forens. lib. 1. tit. 13. obs. 7. Gail. 1. obs. 118. n. 2 & 4. post. Felin. Marant. part. 5. num. 65. praxin huius rei vid. in l. fin. ubi Br. Salyc. C. de litig. tametsi alias citatione litis vè contest. res litigiosa minime est facta, modo tamen de scientia eius, in quem translata res fuerit, litem super eâ pendere, constet: quod præsumatur alienatio facta in fraudem sententia, executio contra eundem utiliter exerceri poterit, non intentata etiam, ut opinamur, revocatoria, ex tit. de his quæ in fraud. credit. l. chirograph. 57. §. 1. de administ. tut. las. n. 10. & Zas. in l. à divo Pio, §. super reb. ff. de re judic. Cov. d. q. 15. n. 7.

Competentiam fori, respectu cuiusq; domicili, arguit imprimis
animus

animus in territorio alieno consistendi. l. postlim. §. fin. ff. de capt.
& postlim. rev. l. 7. C. de incol. l. 2. C. de jurisd. l. 19. §. 2. l. 65.
h. t. l. 6. §. 2. l. 20. & passim, ff. ad municip. l. 203. ibiq; Gædd.
de V. S. adeoq; magnum incolatus & subiectionis documentum inde
depromitur, arg. dd. ll. Gail. 2. obs. 35. n. 2. & de pig. 15. n. 2. & seq.
Th. Mich. de jurisd. th. 57. ibiq; all. Hannel. de ord. jud. t. de
for. comp. Vult. 1. Jurisp. c. 9. *Quantumvis ad Nobiles immedia-*
te Imperio subiectos, extendi id minimè possit: utcumq; enim sedes,
castra, liberaq; sua pradia in alterius districtu habeant, nihilominus
omnimodæ, in suo genere, iurisdictionis exercitio armati reperiun-
tur. Wesemb. consil. 1. n. 57. Bidenbach. Nobil. quæst. 2. n. 4. &
seqq. tum item Vasallos subiectionis onere immerito gravari, suffi-
cienter comprobat, formula Fidelitatis diversa ab homagio. Gail. d.
c. 15. n. 4. de pignor. & de Arrest. c. 7. num. 10. *Nec presumi-*
tur animus iste in studioso, elegantioris ingenii cultus gratiâ, in Aca-
demiis degenti: quapropter austerus admodum est Accurs. in l. 2.
C. de incol. & l. 5. §. domum. de injur. cum Socin. in c. fin. de
for. compet. ex mero & simplici decennii lapsu, domicilium argu-
ens. Menoch. de arbit. judic. c. 86. num. 22. Donell. 7. com. c. 9.
Alciat. ad d. l. 203. n. 3. de V. S. Vult. ad l. 2. n. 20. C. de jurisd.
Zang. part. 2. c. 1. num. 51. *Liberaliores multo sunt Castrens.* in d.
l. 2. n. 3. de jurisd. Rebuff. privil. 121. Pac. ad auth. habita. n. 71.
ne fil. pro patre, statuentes, nec de iis, quæ alibi contraxerunt, in U-
niversitatibus scholares rite conveniri posse. Quo tamen favore
nullo modo gaudent mercatores, qui in locis, in quibus mercatura
causa versantur assidue, recte conveniri possunt l. heres, §. 2. h. t. l.
nec ipsi. C. de incol. l. Labeo. ad Municip. c. ex parte. 15. x.
de for. comp. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 35. *Quid*
iuris, si reus plura habuerit domicilia? Quid si nusquam? Quid si
vagabundus? Illo modo in actoris optione positum arbitramur, co-
ram quo iudice velit adversus debitorem suum experiri. l. 2. §. Scæ-
vol. de eo quod. cert. loc. l. 25. C. de Epis. & Cleric. Iffo, alias

causas ad iurisdictionem subeundam, sicubi cogi volumus, quari oportere censuit Donell. d. c. 9. hoc, ubique recte agitur. Marant. de ordin. judic. p. 6. de citat. n. 83. Gail. 1. obs. 1. n. 34. Vult. ad d. l. 2. n. 25. Quid si ex originis loco domum revocat? audiendum censent. Gloss. in c. statutum, §. cum verò. & cl. 1. de for. comp. Deci. consil. 352. num. 2. Gail. 2. obs. 36. n. 11. Zang. d. c. 1. n. 67.

IV.

In celebrati contractus, solutionis ve destinata loco, num indaganda veniat Rei presentia, insitiando lubricum reddidit Donell. 17. Comm. 14. Sed plausibiliter contrarium obtinenti Castrens. in l. ult. Cod. ubi. in rem act. Everard. in top. loc. à contract. ad dist. Gail. 2. obs. 36. A. Fab. defin. 4. C. ubi. conven. qui cert. loc. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 36. Rauchb. 1. quæst. ult. n. 15. Numquid verò ratione distractus perinde quis sortiatur forum, in distractus loco, haut leve est dissidium? Renuentes sequuntur Costal. ad d. l. heres. §. si. quis. h. t. Dion. Goth. in not. ad l. quoniam, 2. C. ubi. & ap. quem. Sed tutior videtur affirmantium provincia. Iason. in auth. Sacram. pub. n. 73. C. si. advers. vend. Castr. in l. qui cert. loc. 27. de cond. indeb. ubi. comm. dicit. Schurff. cēt. 1. obs. 17. n. 19. Gail. 2. obs. 2. n. 5. Everard. loc. à contr. ad dist. & ibi alleg. Wes. par. C. ubi. & ap. quem. Cessat aliquo modo regula, si qui jus revocandi domum habeant: frustra enim legatos alibi sollicitabis, dummodo domum revocant, l. 2. §. legatis, §. omnes autem. ubi vid. distinct. l. 8. l. 24. §. 1. l. 26. hic. etiam pro licitis repressaliis. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 194. add. Heig. 1. q. 12. in tantum, ut ne quidem cautionis prestatione onerari debeant, sed sufficit repromittere in iudicio sisti, d. l. 2. §. antep. aliud est in casu l. 26. ff. h. t. Citati tamen prestare esse debent. privilegia sua allegaturi, probaturi, l. si. quis, §. hoc t. Hanneton. de ordin. judic. tit. de for. comp. Gail. 1. obs. 48. n. 8. Myns. centur. 7. observ. 7. Gædd. de sequest. c. 1. num. 21. Schrad. tract. feud. p. 9. c. 7. n. 37. Diss. Duar. in t. de injus voc. c. 6.

c. 6. Pet. Gregor. Syntag. lib. 48. c. 3 n. 1. siquidem contumacia præ-
scriptionem fori excludat. A. Fab. defin. 3. C. de ordin. judic. nisi
incompetentia foret notoria, def. 29. C. de iurisd. Fruuntur illo
jure etiam ii, qui contrahentes confestim de loco sunt recessuri. d. l.
heres, §. proinde, Nicol. Sudor. disp. civil. lib. 1. nisi tacite hoc a-
ctum fuisse ex mente contrahentium conjici aliquo modo possit, judi-
cium ibi esse suscipiendum. Cuiac. 11. obs. 13. Zang. d. c. 1. n. 125. De-
niq. Remissionem in contractibus introducit cum Iohann. Azo, in
sum. C. de iurisd. sed assensum apud literatiores nunquam meruit.
c. Romana. 8. §. contrahentes. de for. comp. in. 6. Iason. in. l.
à divo Pio, §. sentent. n. 2. de re iudic. Duaren. d. cap. de for.
comp. de iudic. Donell. 17. Comm. 4. Gail. de pac. publ. c. 6.
vide tamen Covar. quæst. 10. Zang. d. c. 1. n. 181. & seqq. Myns. 1.
obs. 22. & 2. obs. 5.

V.

In criminalium historia, ratione mandati, non in suscepti, in-
iunctive loco, sed peracti facinoris, facinorosos tribunali subiici, pri-
mum se docuisse gloriatur Castr. in l. si ut propon. de fideiuss. se-
quitur Duenn. reg. 378. & ibi all. Fab. 2. defin. C. ubi de crim.
ag. oport. Quid si in alio inchoatum fuerit delictum, in alio con-
summatum territorio? Et ibi quaestio suscipienda est, ubi formam ma-
leficium accepit. arg. l. Julian. 9. §. si quis, 3. ad exhib. qualis est
in casu iaculationis locus lesi. Zang. d. c. 1. num. 230. In casu percus-
sionis ubi initium factum fuerit. l. 1. ubi de crim. ag. oport. Alex.
conf. 216. n. 10. lib. 6. Farinac. prax. crim. lib. 1. t. 1. q. 7. num. 45.
aliter Castrens. in l. 1. C. ubi de poss. Quid si quisquam in confinio
deliquerit? Suppetias pollicemur Hier. Brixian. de fin. regund.
cap. 25. num. 8. Cuiac. 21. observ. 4. Zas. par. comm. divid. n.
ult. ad omnes confinium cognitionem referentes, diss. per. l. 44. ff.
de relig. & sumpt. Quid si in via publica? Vulgari calculo, ad su-
periores cognitio refertur, qui conducendi viatores jus sibi vendi-
cat; vulgò die gleiche Obrigkeit. Beust in l. admonend. de ju-
re iur.

rejur. Mich. de iurisd. th. 50. Sued. §. fin. Inst. de I. N. G. & C. Borch. in c. un. n. 26. quæ sunt regal. Aliter Zang. d. c. i. n. 240. Capoll. de servit. rust. præd. c. 3. n. 22. & 32. animadversione deferentes ei, cui castrum reperitur concessum. Vtriusque partis sententiam, distinctionis fædere, pro morum nostrorum commoditate, conciliare conatur Bidenbach. q. nobil. 12. Quid si alicubi quispiam condemnatus est vel absolutus, num alibi inquietari potest? alia est distinctio Bossii tractat. crim. t. de for. comp. n. 83. & Clar. præct. q. 39. alia Vivii lib. 1. comm. opin. verb. iudex domicilii nu. 4. Verum quia nimis durum est, bis aliquem ob delictum puniri, l. licet, in fin. ff. naut. caup. quo ad condemnationem res videtur expedita. Coler. decis. 43. n. 16. In terminis verò absolutionis, fraude cessante, nisi certioribus stringatur probationibus, cur denuò molestari possit, non animadvertimus. Farinac. in d. quæst. 7. all. Ant. Eug. in cons. 64. n. 36. tit. 1. test. de comm. add. Brixian. d. c. 25. num. 11.

VI.

Etiamsi verò facinorosi, maximè vagabundi, ubicumque reperiuntur, rectè inquisitioni subjiciuntur, l. 1. & ibi Vult. n. 36. C. ubi de crim. ag. op. l. 3. de off. præf. l. desertor. de re mil. l. 1. C. ubi sen. vel Clar. Interim tamen, quo ad juris civilis terminos, remissionum exercitio fores præclusæ nõ sunt. auth. si verò, C. de adult. N. 134. c. 4. & 5. l. si cui. §. fin. de accus. c. fin. ubi Gloss. de for. comp. Castr. ad. d. l. 1. n. 4. C. ubi de crim. Farinac. lib. 1. t. 1. quæst. 7. ibique in utramque part. alleg. Wurms. 1. obser. 9. Coler. decis. 43. num. 8. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 38. & 83. Etiam tum, ubi requisitus superior est requirente, dummodo pendente iurisd. ex potestate avocare non possit. Covarr. d. q. 11. num. 5. Farinac. d. loc. num. 33. diff. Rauchbar. d. q. 50. num. 26. Præviã verò & summariam illam cognitionem, in remissionibus usitatam, à iudice remissuro instituentium contendit Castrens. in d. l. 1. C. ubi de crim. sequitur Coler. decis. 43. n. 17. quam nos requirentis partibus assignamus, cum Br. in l.

in l. fin. ff. de publican. diuimodo in requisitoriis literis, factam
cognitionem inferere haut grauetur. Covarr. d. q. 11. num. 8. Contra
vulgarem asserimus: iudicem domicilii, item originis, in puncto non
factae requisitionis, crimina extra territorium commissa, bene posse
coercere, arg. d. l. 1. C. ubi de crim. l. 13. (cuius ductu, de omnibus
sufficiat imperio munitis iudicibus, indistincte idem tentari posset)
ff. de offic. praef. l. relegat. §. sed eos, §. si quis, de Interdict.
Tessaur. decis. 82. n. 1. & 2. Thoming. decis. 5. Decian. cons. 4. n.
81. Covarr. q. 11. & ibi alleg. Bologn. cons. 57. Colerus decis. 43. n.
5. Rauchb. 1. quaest. 50. num. 11.

VII.

Præventionem remissionum iuri præiudicare non admittunt,
Alexand. ad d. l. à divo Pio, §. sentent. Fulgos. in l. 1. C. ubi de
crim. alit. Don. 17. comm. 16. Divortium tamen ab his faciunt,
Covarr. d. quaest. 11. nu. 5. Duaren. ad d. §. sentent. de re iudic.
quorum vestigiis haecenus insistimus, modo præventio cum effectu
quodam accipiatur, iuxta Ant. Fab. def. 3. C. ubi de crim. Sed quid
de exemptionis privilegio, sanctione pragmatica, & principum re-
scriptis statuendum est? Planè unde sit qui deliquit distingui non
solet, Baro Schenck. in viridar. conclus. 116. n. 1. Vult. ad l. 1. n. 18.
C. ubi de crim. & 2. Jurispr. c. 1. Et reatus excludit omnem hono-
rem. Scip. Gentil. de iurisd. lib. 3. c. 17. Pac. ad d. auth. habita, n.
70. Zang. d. c. 1. num. 222. Imò privilegia omnia, Georg. Acac.
Enenck. de priv. iur. civ. lib. 3. c. 1. Rauchb. d. quaest. ult. num. 2.
Giphan. ad d. auth. habita, n. 8. Concludimus igitur regulariter
privilegio non frui, qui se per scelus eo facit indignum, l. senatoris,
47. derit. nupt. l. 1. ubi senat. vel clariss. auth. quam in pro-
vinc. C. ubi de crim. N. 69. §. si igitur & ibi Cuiac. c. placuit. 6.
quaest. 1. Quam ob causam, licet iure superioritatis fulgentes, in No-
biles, quos dicunt Imperii immediatos, nihil iuris obtinet, nihilo mi-
nus maleficia & hic animadversionem eis tribuunt. Vult. ad l. 1. C.
ubi senat. num. 48. Bidenbach quaest. nobil. 1. n. 27. De expens.

B

in remiss.

in remiss. faciend. consule Iason. in d. §. sentent. n. 2. Farin. d. q. 7. n. 39. Civitatem autem ex delicto etiam obligari, annotavit Mynscent. 4. observ. 78. & seq. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 9. perl. 9. §. quod metus causa, l. aliud. §. refertur, de Reg. Jur. l. aut facta §. fin. de pœn. Et capitaliter puniri potest, Gædd. ad l. 17. n. 21. de V. S. Diff. Innocent. in c. gravem x. de sentent. excom.

VIII.

Prolabimur ad pelagum realium contentionum, nullis non etiam turbinibus expositum. Operosa est quaestio, utrum debitor in domicili loco conventus, ad locum rei sita utiliter revocare possit? Actoris electioni committunt, quem velit adire iudicem: Socin. in c. sane 3. declar. 12. x. de for. comp. Castrens. ad l. fin. ibiq; Dd. C. ubi in rem act. Tiraquell. de utroq; retractu t. 1. num. 8. gloss. §. n. 9. & ibi alleg. Sudor. lib. 1. disp. 1. Swanman. process. Cameral. lib. 1. cap. 6. n. 7. Wesemb. parat. de petit. hered. n. 9. in fin. Vult. ad l. un. n. 42. C. ubi de poss. & ad l. 1. n. 7. & seqq. C. ubi in rem act. Oppositis tamen castris militat egregius, Donell. 17. comm. 17. & ante eum, Deci. conf. 376. n. 7. Alexand. in l. cum prolatis, 32. in fin. de R. iudic. & post illum, H. Pistor. p. post. quaest. feudal. 36. & 41. num. 35. Zang. d. c. 1. n. 346. quorum propugnacula equidem, haut ita forent infirma, nisi qua nituntur, antiqua illa prudentia, senio dudum esset praegravata, add. Gell, N. Attic. 20. c. 10. Nec facilius astipulandum est Cuj. par. C. ubi de hered. ag. op. Castrens. & Sichard. in l. fin. C. ubi in rem. act, opinantibus frustra intentari iudicium, in rei sita loco, debitore non presente, d. l. fin. l. un. ubi fideicom. pet. op. l. 38. h. t. Zang. d. c. 1. n. 286. Vult. ad l. 1. n. 20. ubi in rem act.

IX.

Venit autem his in iudiciis, non persona, sed res potissimum in contemplationem, l. sed loci, §. si aliter, ff. fin. regund. adeoq; Clerici nullo penitus privilegio gaudent in rei sita loco, c. sane 3. c. si clericus, §. extr. de for. comp. Tiraquell. de retract. lignagier.

gier. § 32. num. 80. *A. Mass. Galles. ad. form. camer. oblig. p. 2.*
q. 2. Duar. t. de form. comp. ff. de iudic. Myns. i. obl. 22. Gail.
1. observ. 37. num. 4. & 10. obl. 30. n. 1. de pignor. c. 7. c. 12, n.
5. Proinde etiam, ex contumacia in bonorum possess. missio bene qui-
dem decernitur, Azo in summ. C. de iurisd. n. 26. Veruntamen
in personam ipsam, banni vel excommunicationis nihil statuitur
Dd. in cap. 1. §. contrah. de for. comp. in 6. Castrens. ad l. ult.
C. ubi in rem. Covar. q. 10. n. 4. Coler. de process. p. 2. c. 1. n. 58.
Rauchb. 1. q. fin. n. 13. add. Don. 17. comm. 14. Ias. in d. l. a. divo
Pio, § sent. Zang. d. c. 1. n. 160. Idem sentiendum est de feudali iu-
risdictione, quod non loco, non persona, non actionis genere sed causa
fundari soleat. Ampliss. Dn. Pras. in disp. feud. 14. th. Schrad. tr.
feud. p. 10. sect. 1. n. 12. Gail. 1. obl. 1. n. 40. Quib. vero casib. con-
trou. feudalis devolvitur ad loci ordinariū. vid. d. disp. 14. th. 5.

X.

His ita stantibus, in causis legatorum, fidei ve- commissorum, per-
inde actoris reali remedio instructi, arbitrio libenter deferimus, in
concurso fori, utrubi experiri malit. d. l. quod legatur, hic. d. l. 1.
& fin. C. ubi in tem act. In personali vero iudicio, prater rei do-
micilium peti debet etiam ibi, ubi heres quasi contraxisse intelli-
gitur. In loco sc. adita hereditatis, Vult. in l. un. n. 33. C. ubi de here.
imò potius, in loco ubi testator ultima elogia exequi heredem voluit.
l. contraxisse, de O. & A. l. 3. de reb. autor. iud. poss. l. si fidei-
commiss. h. t. Donell d. lib. 17. comment. 15. Vit. Polant. Cod.
76. quod si expressum est, res ulteriori disceptatione caret; sin secus,
presumitur ibi voluisse testatorē peti fideicommissa, ubi id commodè
feri potest, sine iactura aliqua heredis, arg. l. unum. 67. § si rem.
de leg. 2. Vtrobiz, etiam prestari res debet, si sit fungibilis: sin secus;
ubi est, nisi dolo malo heredis subducta fuerit, d. l. 38. h. t. Aliter hic
se expedit Accurs. al. Castrens. in d. l. 38. al. Donell. 17. comm. 15.
al. Duaren. de for. comp. ff. hic. al. Cuiac. par. C. ubi de hered.
al. Hotom. 3. obl. 7. al. Wesemb. par. C. ubi de her. quorum fun-
damen-

damenta perpendit Vultej. passim in d. leg. un. C. ubi de her.
XI.

Scholastici ex favore & indulgentia principali, coram Reſto-
re Magnifico, ordinariam exercente Iurisdictionem, in contentio-
nibus etiam realibus conveniuntur Notabili auth. habita, ubi.
Sichard. num. 16. & Pac. n. 70. C. ne fil. pro patre. Sed inde ne
Magistratus Academicus Merum quoq; Imperium iure sibi vendi-
cat? Ita iudicant post Accurs. & Br. Scip. Gentil. 3. de iurisd. c. 17.
Forst. 3. hiltor. Rom. c. 4. num. 1. Contradicit Heigius 2. quaest.
ii. num. 7. Coler. in c. olim. 7. n. 29. ext. de except. Giphon. &
Pac. in d. auth. Nostra quae sit sententia in publica controversia collatu-
ris aperiemus. Hodie vero Iurisdictione unaquaq; Academica, non tam
ab Imperatoriis laudatissimis rescriptis, quam territorii tenentis
munificentissima concessione, metienda est; quod non amplius ad-
ministrationis iure, sed dominii principes Iurisdictionem exerce-
ant. Sc. Gentil. lib. 3. c. 18. & 23. Duaren. de for. comp. ff. de iud.
Hic nobis gaudeamus de beneficio haut exili: peregrinos nimirum,
forte impingentes, hospitii nostro iure, non alibi se sistere, quam coram
Reſtore nostro, hoc tempore Magnificentissimo. Caterum tamen ab
oppidano iudice evocamur ad defensionem alterius, si iudicium prin-
cipale, in eo quem defensuri venimus versetur. arg. l. venditor. 49.
hic. Panorm. in c. ult. in fin. ext. de empt. Myns. 1. observ. 22.
num. 7. & 5. obs. 14 Gail. 1. obser. 37. n. 6. Ant. Fab. def. 7. & 39.
C. de ordin. iud. perq; reconventionem ad peregrinum forum rite
restringimur. l. 14. cum auth. seq. C. de sentent. & inter loc.
l. 1. §. fin. ff. quae sent. sine appell. Mar. de ordin. iudic. p. 6.
t. de laudatione. n. 6. Ant. Fab. def. 12. C. de ordin. iud. Hannet.
de ordin. iudic. tit. de reconv. ubi vid. diss. Gail. d. loco. Pari-
ter passim cum Clericis in tribunalibus ambulantes. c. 1. c. 2. de
mutuis petit. c. acculat. §. cuius in agend. 3. q. 8. praterquam
quod in reconventionem spirituali, ex defectu Iurisdictionis, secularis
potestas deficit. c. 2. & passim. de iud. Arn. Keyger process. d. p.
3. thes. 30. Moyle in t. m. p. t. 2. q. 13.

XII.

XII.

Persona miserabiles, in prima instantia ad principis aulam, adversarium evocantes, indeq; revocantes, ex horrere nimia potentie, merito audiuntur, l. un. & ibi Azo in summ. n. fin. C. quan. Impp. inter pupill. Covarr. quaest. 6. num. 2. Non autem videtur probabile illud Guidonis Papa quaest. 461. cogendum esse reum pecuniosum, auctori egeno litis expensas subministrare. l. Imp. ff. de tutel. & rat. distrah. nisi sit aliqua praesumptio, pro iure agentis, & controvertatur de bonis, quae praetendit esse communia, arg. l. ult. C. de ordin. cognit. Alciat. de praesumpt. reg. 3. praef. 9. num. 9. Hinc commodè vulgata se offert quaestio: An privilegiatus frui suo beneficio, adversus aequè privilegiatum possit? Et huius negativa regularis commendatur, l. sed milites. de excus. tut. l. verum. § item quaeritur. de minor. auth. quas auct. ubi Dd. C. de SS. Eccl. Menoch. conf. 447. n. 37. Joseph. Ludovic. decis. 3. num. 1. lib. 1. add. Covarr. quaest. 7. n. 5. Caphal. conf. 16. n. 1. Bl. in l. 2. C. de privil. fisc. restringitur tamen nonnullibi, l. 1. §. fin. l. seq. de minor. l. fin. ubi Goth. in not. ex quib. caus. mai. Ant. Faber def. 1. C. quand. Imper. inter. pupil. & vid. & Ecclesiam restituī contra Eccl. meminit. Maranta p. 6. de appel. n. 83. vid. Iason. ad § rursus. n. 55. de action.

XIII.

Viri militares Magisteriam potestatem in negotiis suis adeant. l. 2. C. de off. praef. mil. l. 2. C. de priv. schol. l. fin. C. de Castr. l. pen. ubi Castrens. C. de jurisd. Greg. Syntag. lib. 47. c. 30. n. 25. salvo nihilominus praeventiois iure, l. si quis. 7. ibiq; Cuiac. in praelect. ff. hic. & custodia provinciae rectori reservata, l. 1. C. de exhib. reor. Vult. ad d. l. pen. C. de jurisd. Mich. de jurisd. th. 93. al. Donell. ad d. l. pen. C. de jurisd. in fin. Haut remissiori affectione digni sunt, quos in foro meritum Nobilissimos facit, vocisq; gloriosa confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, maxime si spectabunt Magisterii aut Doctoratus titulo sine

*insigniti. l. properandum 7. C. de postul. l. 14. C. de advoc. di-
ver. jud. unde fit, ut torqueri, aut damnari capitaliter, ante degra-
dationem non possint. Hartm. lib. 2. misc. c. 1. obs. 4. n. 8. Farinac.
lib. 1. q. 41. n. 37. & seqq. Menoch. de præsumpt. libr. 4. præf.
189. Idem receptum est in clericis. c. cum non ab homine. c. at si
clerici. x. de judic. quorum forensia exercitia, quod nobis non sit
magnus illorum usus, præterimus. vid. allegat. à Th. Mich. de jurif.
th. 95. Collegæ autem professionis alicuius, vel negotiationis, agno-
scant eum, qui præest collegio l. fin. & ibi. Dd. C. de jurisd. qui con-
stituitur à Lege, mediante electione ipsius collegii. Castrens. in d. l.
ult. n. 3. Duaren. d. c. de for. comp. ff. hic. Numquid verò privi-
legium extendatur ad servos, famulos, & colonos privilegiatorum,
elegantè differit Menoch. de arbitr. judic. c. 562. add. Zoann.
tr. de imper. Rom. n. 260. & seqq*

XIV.

*Concionis rerumpub. causa convocanda, quotiescunq, olim vo-
lebat, potestas Celerum Tribuno ex legibus erat: huiusq, maximi sui
Magistratus imperii bene gnarus fortissimus Brutus, comitia indixit
civibus, sententiamq, de Tarquiniorum, regis, regieq, familia exi-
lio, coram declaravit, suffragiis Quiritium actutum ratificandam.
Dion. Halicarn. Rom. antiq. lib. 4. l. 2. Si isdem temp. 15. de O.
J. Hodie in Romano-Germanorum Monarchia. Maiestati Casa-
rea, Imperii Archidapiferum, (in causis tamen regni statum concer-
nentibus, sacrum septemvirorum collegium) iudicem competentem
declarat Aurea bulla Carol. IV. tit. Von Rechten des Pfaltz Gra-
ven / § vnd wiewol. Nec tamen consequenter inde deducitur, Roma-
num principem, ut olim, legibus hodie solutum non esse l. 31. ff. de ll.
Ceteri vero Imperii ordines, Principum, Prælatorum, Civitatumq,
nonnullarum imperialium, tenore Austregarum, conveniuntur se-
rundum Ordin. Camer. p. 2. t. 2. 3. 4. 5. adeò ut etiam exotico iu-
dicialiter disputaturo, omninò attendenda veniant, arg. l. 3. §. ult.
ff. de test. Diss. Vult. ad l. 1. n. 44, C. ubi Senat. vel clariss. Aliàs
privi-*

privilegiatâ Instantiâ non provisi, supremo Camerali iudicio se stant; Myns. cent. 5. obs. 1. Gail. 1. obser. 1. n. 18. quantumvis & hic consuetudinis vis animadvertenda veniat. Zang. d. c. 1. n. 408.

XV.

Camera iudicium, in Imperio nostro, ex Ordinum conventiones summum est, & Ordinarium. Myns. conf. 24. n. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 7. præf. 17. n. 8. Gail. 1. obs. 41. n. 5. adco, ut causas ibi pendentes, avocare ad se, & Camera inhibere Imperator non possit. Gail. 1. obs. 41. num. 3. Th. Mich. de iurisd. th. 34. Vult. in l. 1. num. 173. C. de iurisd. Casarem in contentiosis, & iis etiam voluntariis, quæ non sunt absolute potestatis representat. Christ. Barth. in sent. Cameral. part. 1. pag. 461. & p. 543. & p. 2. pag. 117. Quod tamen non privativè interpretandum est, sed concurrès iurisdictio Augustissima Majestati reservanda, in re præventionis non posthabito. Gail. 1. obser. 41. n. 3. obs. 121. n. 3. Myns. resp. 24. n. 20. & 94. n. 4. cent. 1. Heig. 1. q. 9. n. 14. Bidenbach. d. quæst. 1. n. 7. add. Morlam. in Empor. tit. 2. in præmiss. n. 9. & seq. Diff. Schrad. de feud. p. 10. sect. 2. n. 72. & seq. ambigit Th. Mich. th. 35. Inducitur autem Cameralis iurisdictio, tum causis appellationũ. Ordin. p. 2. t. 1. & 28. tum simplicis querelæ d. Ordin. p. 2. t. 27. add. Gail. 1. obs. 1. n. 18 & 20. Myns. 5. obs. 1. n. 1 Mich. thes. 37. Sed non extenditur ad disceptationes pure spirituales. Ordin. p. 2. t. 1. tit. 27. c. decernimus. c. quanto. x. de iudic. Farinac. pract. crim. p. 1. t. 1. q. 8. Decian. in pract. crim. lib. 4. cap. 9. Covarr. pract. quæst. 8. 31. Vantius de null. ex defect. iurisd. num. 54. add. Hotom. conf. 108. Benè tamen & notabiliter, Merum imperium eidem asseruit P. Denais. in disp. de mero imperio contr. Senat. Spir. sequitur Frider. de process. cam. lib. 1. cap. 9. Diff. Gail. 1. obs. 1. n. 27. Vultej. in d. l. 1. num. 48. C. ubi Senat. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 2. c. 3. num. 2. Non autem conceditur inde ulterior provocatio Ordin. p. 2. t. 35. p. 3. t. 51. Sed Visitatores tantummodo & revisores admittit, perpetuos quidem Imper. & Mogunti-

guntinum; ambulatorios verò alium quendam Electorū, cum duob.
principibus, altero sacri altero politici ordinis, p. 1. t. 50. quib. corre-
ctio ex ordinat. concessa. p. 2. t. fin. adeoq. ordinarii iure reputantur.
d. t. 50. t. fin. p. 3. t. 53. Quales nō sunt Consiliarii revisores, Comis-
sarii Cesaris, & Commissarii ordinationum. Obrecht. disp. 2. de
judic. An verò revisio Cameralis priorem sententiam suspendat,
disputat & affirmativè recte decidit Heig. 1. quæst. 10. num. 58.
& seqq.

XVI.

Sunt ergò iudices alii ordinarii, alii extraordinarii. l. pen. ff.
hic. l. 2. C. de dilat. l. quoniam. 21. c. de app. Canones delegatos
appellant, c. ult. x. de sentent. & re jud. Gæd. de sequest. c. 1. n.
65. Illi, an solummodo certis de causis, olim potuerunt iudicare? & an
suspecti removeri possunt? ex l. 2. C. de pedan. iudic. & auth. si
verò contigerit. C. de iudic. alibi fusius disputatum est. Hi ad
cognoscendum dati, an ad pronunciandum utiles pariter censeantur?
dubitat Accurs. in l. qui procur. de procur. sequuntur Dd. & cum
his Camera Imper. test. Myns. 3. obs. 14. sed aliud important Icto-
rum responsa. l. 74. ff. hic. l. notionis. de V. S. l. 1. C. si contra
ius & util. Sc. Gentil. lib. 2. de iurisd. c. pen. In Ordinarium num
compromitti possit, difficile est asserere? veruntamen canonibus suf-
fulti, id ipsum satagimus. c. ex parte. 10. x. de arbitr. c. literas.
14. ibid. de for. comp. Bocer. clas. 5. disp. 23. th. 14. Vult. ad l. 3.
nu. 21. C. de iurisd. vid. l. 3. § fin. l. 4. l. 9. § 2. l. 16. § 1. de arbitr.
De cæco, iuris imperito, minoribus annis 18. filiofam. in re patris pri-
vata, num iudices sint idonei, varia sunt Dd. sententia? Cæcum
admittimus. l. 6. h. t. Duar. t. de iis qui iud. dar. poss. ff. de iud.
& 1. disp. 23. Wes. par. de postul. n. 4. diss. per. l. 2. C. de sen. ex
peric. recit. Robert. 3. sent. 23. De iuris Imperito tolerari possunt
distinctiones, tum Hotom. illust. quæst. 28. tum Cuiac. ad N. 82.
& Robert. 3. sent. 3. quem sequitur Morla. in Emp. t. 2. quæst. 6.
n. 16. al. Coras 5. misc. 19. Zang de except. p. 2. c. 4. n. 20. vid.
Vult.

*Vult. i. disc. 8. Schrad. p. 10. sect. 14. n. 52. Minorem remove-
mus l. quidam. 57. in prin. de re judic. l. 12. § 2. hic. Donell. 17.
comm. 24. Zas. n. 6. ff. de judic. Idem nostrum est de filiofam in
causa patris iudicium l. 10. h. tit. non obstat, l. 77. ff. eod. l. 13. § fin.
ad SC. Trebell. alius hic est Duaren. 1. disp. 51. alius Cujac. tr. 3.
ad Afric. al. Coras. 4. misc. 9. Morla. d. t. 2. q. 17. n. 19.*

XVII.

*Delegatum sub delegare non posse expeditum est. l. more. de
jurisd. l. ult. de off. ejus. l. 5. ubi Alex. Ias. C. de jud. Fach. 1. con-
trov. 46. Villalob. verb. de legat. num. 33. Morla. d. t. 2. q. 15. n.
4. Aliud dicendum est de principis delegato. d. l. 5. l. un. C. qui pro
sua jurisd. c. super quæst. § porro, & pass. de off. deleg. c. pa-
storalis. § præterea. de off. ordin. vid. Marant. disp. 1. Hartm.
ab Epping. 2. obser. 8. t. 1. Etiam in causis meri imperii, non ob-
st. l. solent. de off. procons. N. 128. § adhuc prohibemus. c. is
qui, de offic. deleg. in 6 per l. un. ibi: nullo causarum. C. qui
pro sua jurisd. Marant. p. 4. dist. 5. num. 63. Scip. Gentil. d. lib. 3.
cap. 28. Diff. Fach. 1. contro. 47. Menoch. 1. arbit. jud. 54. Ad
Commissarios Imperialis Camera hoc extendi nõ debet. Myns. 3. ob.
41. et si aliud videatur Gail. 1. obser. 97. & Gentil. lib. 2. c. 30. vid.
Heig. 1. quæst. 9. numer. 38. & seq. Quid de legato proconsulis?
consule l. 12. § 1. h. t. l. 12. de off. procons. Verum propriamne ex-
ercet iurisdictionem? ita placet Cuiac. 7. obs. 21. Wes. par. de off.
proc. Vult. 1. Jurisp. c. 12. n. 20. & seq. Gæd. de sequest. c. 1. p.
1. n. 66. l. sol. § 1. l. 13. ff. de off. proc. l. pen. de off. ej. l. 6. § pen.
de pœn. l. 2. ff. quis & à quo app. l. sepe. 8. de off. præf. quod ta-
men subtiliter negat Donell. 17. comm. 8. in fin. cum quo consen-
sit Casar Costa lib. 2. variar. ambig. c. 10. Morla. in Emp. t. 2. c.
15. num. fin. Sed prior opinio ad veritatem propius accedit. Per de-
legantem, quovis tempore, ex quacumq; causa, lite etiam contestata,
revocari posse delegatam iurisdictionem, eruditè disputat Gædd. de
sequest. c. 1. p. 1. n. 58. & seqq.*

C

XVIII.

XVIII.

Delegata causa cognitione, num continetur potestas exequenda sententiæ? In quaestione huius consideratione, iudicis dati, & eius cui mandata est iurisdictio, cōfusio errorē induxit urgentibus l. 4. C. si cōtra jus vel util. l. 1. §. duos. de damn. infect. N. 13. c. 4. vid. Gædd. de sequestr. c. 1. p. 2, n. 71. Duar. ad l. 15. de re jud. l. à divo Pio & ibi Dd. ff. de re jud. De canonum iure maior difficultas censetur; sed nihil à iure civili discrepare opinamur; Morla d. t. 2. q. 17. n. 13. per c. in literis. de off. deleg. c. cum venissent, de eo qui mitt. in add. Menoch. de arb. c. 74. n. 36. Quid si à Principe iudex datus, an diversum obtinebit? Sic est secundum SC. Gentil. d. lib. 2. c. 30. l. à iudice, l. ult. in fin. C. h. t. l. un. C. qui pro sua iurisd. c. quærenti. c. sign. c. ex liter. de off. deleg. Castr. in d. l. à divo Pio, Costal. ad l. 45. §. 1. h. t. Cui. 12. obs. 1. Gæd. d. c. 1. n. 72. Diff. Duar. ad l. 15. de R. jud. Mandata tamē executoria, non ab ipsis Commissariis, sive iudicibus datis vel electis, sed vigore Ordinationis ab ipsa Camera Imperiali decerni attestatur. Gail. 1. obs. 7. n. 53. Gent. d. c. 30. Sed vice versa, delegata sententiæ executione, anne comprehenditur eiusdem etiam cognitio? Placet nobis Costalii distinctio, utrū cognitio sit super causâ meritis, vel exceptionibus contra sententiam propositis, quo modo negotium remittere debet. l. pen. de confess. c. pastoral. §. quia vero. ubi Gloss. de off. deleg. c. de cæteris x. de re judic. aut super rebus quæ in executionem veniunt, vel exceptionibus contra executionem directis, de quibus executor summarie potest statuere, iuxta formam l. à divo Pio, §. si rerum 4. de re jud. d. l. pen. Gentil. d. lib. 2. c. fin. quo videtur etiam recidere distinctio inter executorem merum & mixtum, tradita à Morla d. t. 2. q. 19. Causam deniq; clericorum, laico delegari posse tenet Gloss. & Dd. in c. 2. de iud. Vult. ad l. 1. n. 122. de iurisd. & multi allegati à Morla d. t. 2. q. 22. n. 5.

XIX.

Reconventionem coram prorogato fieri, probabile est, contrarium

rium verò de arbitro asserendum. l. si idem, § 1. ff. de iurisd. auth. Et conseq. C. de sent. omn. iud. l. 46. de recept. arb. c. cum dilect. x. de arb. Hanneton. de ord. iud. t. de reconvent. Illud quoque iuri consentaneum est, Domini, Pariumque iurisdic. in causis, etiam non feudalibus, prorogari posse. Ampliss. Dn. Cancell. in d. disp. 14. th. 5. Schrad. de feud. p. 10. sect. 6. n. 95. & seq. Cuiac. tr. 7. ad African. in pr. Vult. in l. 1. n. 137. Cod. de iurisd. Goth. in not. ad l. 2. h. t. tametsi reconventionem coram paribus Curia, irritam facit præiudicium Camera Imperialis, teste post Myns. 4. obser. 50. Arn. de Reyger disp. 1. process. thes. 9. ubi conciliat Gail. lib. 1. obs. 1. n. 57. Hodie usu obtinuit iurisdictionem sine superioris Ordinarii consensu non facile prorogari. Quare Scholaris, præfecti sive præsidis iurisdictionem, non facile prorogabit, secundum Gentilem lib. 3. c. 17. Duaren. de for. comp. ff. de iud.

XX.

Victus victori in expensas condemnari debet, l. eum quem, 79. h. t. l. properandum. 13. § fin. autem. C. eod. c. calumn. x. de pœn. c. ult. in fin. de maj. An item in criminalibus? Ita est, iuxta receptiorem Dd. sententiam, l. si postulaverit. 27. § 15. ff. ad L. Jul. de adult. d. l. 13. § 6. l. fin. C. de fruct. & litis expens. Covarr. pract. q. 27. n. 4. Diff. Fach. 1. contr. 42. Myns. cons. 59. An etiam tum, ubi ab initio litis iuramentum de calumnia præstiterit? probat hoc post Br. Bl. Abb. Socin. Lanfranc. Salyc. Ias. Covarr. d. q. 27. n. 1. vid. Turzan. conclus. 101. Alias in causa Eremodicii, victo condemnabitur victor. iuxta Placent. in d. l. proper. § 2. de iud. Cuiac. 9. obs. 22. Myns. 4. obs. 97. Fach. 1. contr. 40. diff. Alex. & Ias. add. l. 13. § 1. vers. fin. autem, iuxta verò que sit litigandi causa, iudicis arbitrio censendum relinquimus, Gail. 1. obs. 151. Costal. ad l. 75. h. t. Sichard. & Ias. ad auth. iubemus, C. eod.

XXI.

Querela inofficiosi testamenti, an alia sit à petitione hereditatis, eiusque preparatorium remedium, laboriosum est definire? attamen

De in offic. testam.

men si licet subtilius recissorium ab appropriatorio, ut ita loquamur, distinguere, nō diffitemur reperiri hic aliquid prius & posterius, arg. l. eum qui, 21. § 2. l. Papin. 8. § 16. l. nam et si, 15. § 1. & passim, h. t. Paulus 4. sent. 5. Castrens. & Ias. ad rub. C. h. t. Sichard. ad l. 1. n. 6. C. eod. Vigl. ad rubr. n. 6. Inst. d. t. Sneider. ad princ. ibid. Diff. Don. 19. comm. 3. al. Cuj. par. C. hic, Hotom. & Wes. prin. Inst. eod. Govean, 1. variar. lect. 5. Fab. 17. conject. 1. Competit verò, non tantum quādo ex recepta aliqua causa, facta est exheredatio, ubi voluit Ant. Rubens de inoffic. test. in prælud. n. 8. Sneider. ad pr. l. hic. n. 10. ibidemq. Myns. n. 6. & Dd. in auth. ex causa. C. de liber. præter. sed ex qualicumq. etiā, ritè elogio inserta, arg. N. 115. c. 3. & 4. § fin. Inst. de exher. lib. l. 3. l. 15. C. de inoff. test. Don. ad d. auth. causa, & 6. comm. 13. Cuiac. ad N. 18. Duar. c. 3. de inoff. test. Vasq. de succ. libr. 2. § 20. p. 3. requis. 29. declar. 3. n. 167. Vnde constare potest, posthumi exheredationē, iure ipso non annullare testamenta, Connan. 9. com. 10. Donell. 6. com. 13. & 19. comm. c. 4. & ad auth. ex causa, Duar. d. c. 3. & de liber. & posth. c. 3. Fab. 14. Error. 6. Vasq. illust. controv. 106. n. 14. Secus ac placuit Cuiac. ad l. 4. de liber. & posth. Wes. & Myns. ad h. t. Vult. ad §. 2. n. 16. Inst. de exher.

XXII.

Excluditur Querela Legitima vel partis eius constitutione.
l. omnimodò. 30. auth. noviss. Cod. h. t. § sed hæc, 3. § 6. Inst. eod. quæ triens est, novissimo iure, parentibus etiā competens Ias. ad d. auth. noviss. Castr. ad d. auth. ex causa, Roland. à Vall. conf. 39. lib. 3. Cuiac. ad N. 18. Diff. Battand. de leg. cap. 4. n. 31. Vaud. 1. q. 50. Non tamen de fratrum idem facile dicendum Wes. ad § fin. h. t. Vaud. d. q. 50. Cagnol. ad l. 1. n. 22. ff. h. t. Diff. Cuiac. d. loc. Fachin. 4. controv. 28. quorum ne determinatam quidē contendit Chiflet. de port. leg. c. 11. Verum an præcisè Institutionis titulo sit relinquenda multum agitata est questio? Vno ore id asserunt Baro ad § sed hæc, Vigl. Hot. Wes. Sneider. Myns. Vult. ad § fin. inst. h. t.

h. t. *Sichard*. ad auth. noviss. ubi *Dd.* comm. C. h. t. *Donell.* ad rubr. n. 3. C. de lib. & posth. *Clarus* in § test. q. 28. *Gail.* 2. obs. 112. n. 10. *Menoch.* de arb. jud. c. 149. n. 29. *Wurms.* 1. obs. t. 39. obs. 9. *Fach.* 4. controv. 24. *Anton. Fab.* def. 9. C. de inoff. test. *Diss. Claud. Battand.* de legit. art. 9. & art. 14. n. 17. *Cuiac.* in prior. not. ad Inst. *Vaud.* 1. q. 5. *Fab.* 14. error. 6. *Walsh.* 1. misc. 5. *Borch. & Heig.* ad d. § fin. h. t.

XXIII.

*Num duplex deductio, Trebellianica vel Falcidia, cum legitima possit concurrere, intricata est disceptatio? Affirmantium coriphæus est Martinus, quem sequuntur Contiis lib. 1. disc. c. 3. Heig. 1. q. 32. Fachin. 5. controv. 2. Contraria phalangis nobiscum sunt affecta Pylus cum Chiflet. de port. c. 13. Gail. 2. obs. 121. Hot. illust. q. 43. A. Fab. n. error. 7. Aliud novimus ex c. Raynutius & c. Raynaldus x. de test. passim observari. Non autem deberi potest vivis adhuc parentibus, l. 1. de her. & act. vend. l. si quis, 25. § 6. de acq. her. Battand. art. 8. n. 10. & 19. Chiflet. c. 15. Mant. de leg. ibi: an fil. pos. fraud. legi. Neg. gravamē admittit. l. scimus, § 1. Auth. noviss. ubi *Dd.* C. h. t. sed liquida debetur, ere alieno deducto l. Papin. 8. § quarta, 9. h. t. quale est quod testator cuicumque debuit, nō ipse heres, l. virilis 8. § 5. ff. de legat. præst. Chiflet. c. 12. Battand. art. 10. n. 10. Cucch. de legit. tit. leg. null. gravam. admi. n. 1. & seq. *Castr. & Ias.* in d. auth. noviss.*

XXIV.

Hinc inferimus parente prodigo, sive monasterium ingresso, utpote superstite, etiam in delicto filii legitimam nō posse extorqueri: tum item Leg. non posse constitui in Proprietate, non in usufructu, alterutro dempto, nec legata, nec fideicommissa, nec libertates eandem imminuere: per textus & *Dd.* sup. alleg. Ad supplementum verò, ex communi plerorumq. calculo Cōdictione agi opinamur, ex l. omnimodo, 3. C. hic, junct. l. un. ff. de Cond. ex leg. *Donel.* 6. com. 12. *Cuch.* de legit. ibi: utr. cont. leg. ad leg. ag. pos. n. 16. *Olden.*

claf. 3. act. 13. Gail. 2. obs. 120. Wes. ad § 3. n. 8. i. hic. Diss. Duar. c. 6. de acquir. her. Chiflet. de port. c. 12. Fab. 14. Err. 8. Fach. 4. cont. 65. *quæ ad heredes est transitoria.* Dec. Salyc. allegati à Gail. 2. obs. 120. infin. *Ceterum de his, & rebus in legitimam computandis, item personis partem facientibus, aliisq; ad hanc materiam conducentibus, haut ita pridem sub Ampliss. Dn. Cancellario, fusius exactiusq; egit, Vir nativis splendida nobilitatis dotibus eminentissimus Dn. Abrah. à Sebottendorf. fautor & amicus meus singularis, quo nos brevitatis ergo remittimus.*

XXV.

Quid; an ne filio præterito, indulgenda querela inofficiosi? Negativa prævalet. d. N. 115. c. 3. pr. Instit. de inoff. test. l. 2. ff. cod. l. 1. ff. de injust. rupt. test. l. 4. Cod. de lib. præter. Turzan. conclus. 59. & 114. ibiq; all. Cuiac. ad l. 4. de lib. & post. Govean. in l. 1. de vulg. subst. Vigl. ad pr. Inst. hic, Duar. c. 3. de injust. rupt. Diss. Connan. 9. com. 8. n. 10. Donell. 6. com. 13. & 16. & ad auth. ex causa, de lib. præter. Num vero filii legitimè exheredati soboles ex propria causa ad querelam admittatur, non minus controversitur? Iterum negantibus astipulamur, l. si quis filium, vers. sed nos, C. h. t. § 3. Inst. de exher. lib. l. si quis fil. 6. in pr. ff. de injust. rupt. l. si quis posthumo, 9. § 2. ff. de lib. & posth. Gomez. 1. resolut. 11. n. 21. Cuj. ad d. l. 6. de injust. Hoto. 5. obs. 15. Diss. Costal. ad l. 14. hic, Wes. cons. 71. n. 16. vol. 2.

XXVI.

Feudo, quod ex pacto & providentia dicunt, non spoliari exheredatum, rectè contra antiquos feudistas defendunt Rosentk. c. 7. concl. 10. Zang. p. 8. n. 8. Sonsbec. part. 9. n. 66. Borch. c. 7. n. 61. Wes. c. 6. n. 9. per c. un. de succ. feud. l. 1. que de tota, 76. ff. de R. U. Illud ardua est disquisitionis: Posthumo præterito, an instar filii præteriti, ab initio testamentum non subsistat? Aff. sectatur Herm. Vult. in t. quib. mod. test. infirm. per § sed hæc quidè 5. Inst. de exher. liber. l. 4. C. de lib. præter. al. sentient. Cuiac. ad

ad l. filius, 7. de lib. & posth. *Duar. d. c. 3. in pr. de injust. rupt.*
Myns. ad § rump. Inst. quib. mod. test. infirm. Hack. illust. q.
di sp. 6. th. 3. cum quibus faciemus.

XXVII.

Querela in officiosi sequela, hereditatis est petitio, per alleg. sup. De petit. he-
th. 21. atq; hinc cumulari uno libello commodè possunt, l. 20. in fin. re dit.
de inoff. test. l. si quis, 24. C. cod. Zas. & Costal, post Gloss. & Bl.
ad d. l. 20. Olden. clas. 8. act. 8. Wes. par. ff. hic, Myns. ad pr. Inst.
cod. Coacervatur item cum vindicatione rerum singularium, licet
necesse non sit, utramq; simul decidi: iuxta A. Fab. de fin. 4. C. h. t.
Wes. par. hic, n. 14. Omnino realem esse, dubium nobis non est l. 25.
§ 18. l. 31. in fin. hic, Diss. ex modernis Zang. de except. p. 2. c. 1.
n. 351. Wesemb. par. n. 6. & 9. hic Olden. clas. 5. act. 6. Adeoq; oleū
& operam perdidere, quicumq; aliunde, quam ex communi realium
iudiciorum conditione, in hac actione, agentis arbitrio fori electione
commiserunt: vid. Donell. 17. Comm. 17. Cujac. ad l. un. Cubi
de her. ag. Bonafidei proculdubio est §. act. 29. Inst. de act. l. ult.
C. hic. etiam fidei commissaria d. l. ult. §. autem, quod displicuit
Iason. ad d. §. act. n. 24.

XXIIX.

Hereditatis petitio ad feuda num extendi possit, acerrima
Dd. est pugna? Negabimus cum Wesemb. n. 11. par. hic. ubi vid.
alleg. nisi cum tota successio feudalis petitur, aut feudum est heredi-
tarium. Rosenthal. in synag. c. 7. concl. 12. n. 23. VVes. d. loco, al.
wurm. t. 49. obs. 12. vid. al. a Ias. ad § act. n. 210. de act. An etiā
servitutes? de quib. l. non tantum, § fin. ubi Dd. hic, Illud occa-
sione l. 42. hic, παγεγῶς expediamus, non destitui iuris fundamētis,
qui litis contestationem etiam affirmativam concedunt, eleg. Gædd.
ad ad l. 26. n. 21. de V. S. cont. Vigl. diss. pass. per l. 25. § fin. ff. ad
L. Aquil.

XXIX.

Regulariter definiuit IC Vlp. contra titulo possidentem petitionē
hered. non admitti l. 9. hic, Quid si deum titulum acquisivit post
mortem

mortem testatoris? Baldo visum fuit hic exceptionem statuere in l. ult. C. de edict. div. Hadr. Sed arguitur à Ias. in d. l. ult. & Sact. n. 195. plenius à Covar. pract. q. 12. n. 3. per l. 2. l. hereditatis C. hic, l. nec ullam 13. § 1. & 4. ff. eod. Quid si post litem contestatã? adhuc stabit regula firmitas, modo à verò domino possessor sit confirmatus Costal. ad l. 4. & 11. hic, arg. l. si rem, 29. de Evict. l. fundo, 4. ad L. Falc. l. 2. C. hic, Ias. ad d. § act. n. 197. de act. Quid si reus titulum habeat ab illo, qui iudicio hereditatis conveniri poterat? Locum concedit universali actioni Maranta disp. 9. n. 20. Sed hoc itidem improbavit Iason. in d. § act. n. 179. sequitur Cov. d. q. 12. n. 5.

XXX.

Petitor hereditatis, si negligat possessor res hereditarias, num vindicare eas possit, non frivola est quæstio? Annuendum putamus, iuxta Iust. in l. fin. hic, l. 49. ff. eod. Negotiũ faceffit l. Divus Pius, § fin. l. si quis, 7. ff. d. t. cum l. si post, 13. ff. de except. Laborant in eo Cuiac. 19. observ. 27. Donell. 19. comm. 14. Bonafidei deniq; possessor fructus naturales æquè ac industriales PLENO iure consumit l. pecudum 28. de Usur. l. 48. de acquir. rer. dom. § si quis à non dom. Inst. de rer. divis. l. qui scit. § 1. de Usur. l. ex diverso, de R. V. Omnis opera consistit in artificiosa interpretatione l. fructus, 45. de Usur. aliter sentit Cuiac. ad d. § 37. alit. Hot. de Usur. c. de fruct. Govean. 2. var. lect. 15. all. Fab. 1. conj. 17. & Vult. disc. c. 20. ubi vid. plurimum sent. Et iusta litigandi causa inductus casum non præstat, nisi illa facti calamitate res alibi non fuisset peritura. l. 40. ff. hic, l. qui dolo. 131. de R. J. l. 21. l. 24. ff. de Usur. l. 24. § 1. l. 25. § 2. ff. Solut. matrim. Varias. Dd. opiniones vid. ap. Gæd. ad l. 12. § 1. n. 9.

Errat. In de-
 dic. lin. 22. leg.
 estimons, in th.
 1. lin. 13. leg.
 Vult. ad l. 1. § c.
 alit. Mar. in T.
 2. lin. 5. l. com-
 promiss. in th. 6.
 Un. 21. L. suffi-
 cienti, th. 8. lin.
 7. L. §. 8. th. 9.
 lin. 6. L. foro,
 th. 10. lin. 9. L.
 Polant, q. C. ib.
 in fin. L. ubi si-
 deicom. per.

COROLLARIUM.

Non minus exemplis sacrarum literarum evidentissimis, quam pregnantibus ratio- nibus, tum politicis, tum sacris fidenter sustinemus, Pientissimum quemq; Magistratum, laudatissime facere, & munere suo dignum, dum officialium suorum confessionis integrita- tem, sacrosancto religionis iurejurando sibi confirmat. Nihilominus constant er asseverantes, miximè conscientis frena injicienda esse, schismaticosq; pacatos larario suo arcendos.

FINIS.

DA A 6569

ULB Halle 3
003 090 302



DA





O JURIDICA V.
 uâ,
 IVINA GRATIA:
fide
 CONSULTISS. VIRO
HOFREDO
NIO JC.
 PRINCIPIS LU-
 ANDGRAVII CONSI-
 e Giessenæ Cancellario, &
 , præceptore suo omni
 â colendo,
 S LEGES, LIBRI QVINTI
 uentibus questionibus, publicè
 cutiendas proponit,
 TIUS BERL. MARCH



MASSORUM,
 mpelius, Typogr. Acad.
 IX.

Soleztiff
Dr. v
Schlösser
mer